

CHRONICON

AUSTRIA

Abbatia Gerasena.

Liber, pulcherrime illustratus, auctore Dr. Ignatio Schlosser sub titulo "*Das Waltviertel*" (Tom. IV. Viennae, 1928) editus et a typographia "Tyrolia" impressus, describit inter alia etiam abbatiam Gerasensem, pag. 63-65, cum illustrationibus nr. 58, 59, 98, 105, 107, deinde ecclesiam Perneccensem (pag. 54) cum ill. nr. 48 et 49, Blumaviensem (ill. nr. 106) et oppidum Drosendorf (ill. nr. 116, 117). — Rdss. D. Abbas *Ludolphus* die 10^a Junii Summum Sacrum cecinit in celeberrimo loco peregrinantium Mariazell in Stiria pro peregrinantibus austriacis e regione "Waltviertel", dein ad finem mensis Julii iter suscepit cum 2 sociis in Bohemiam, ubi monasteria Siloëse, Strahoviense, Teplense accessit. — Die 7. Julii obiit in Canonia Gerasensi R. P. Adalbertus *Zwieb*, prior, decanus, professus et sacerdos jubilaris, aetatis anno 85., qui, ut valde debilis, abbatem aegrotum die 21. Martii festo S. Benedicti in abbatia Altenburg et 3. Maii in exsequiis abbatis Novorisenis Ferdinandi substituebat. Longum articulum necrologicum de hoc confratre optime merito continet "Krems-er Zeitung" nr. 29, die 19 Julii 1928. Novus prior factus est R. P. Augustinus *Schneider*. — Cum canoniae Gerasensi duae parochiae, Frattling et Ranzern, diœc. Brunensis in Moravia, a saeculo XIII incorporatae sint, agitur diligenter de permutatione earum cum ordine Melittensium pro 2 parochiis ejusdem Ordinis in Austria inferiore. — Forum *Gross-Siegharts*, in "Waltviertel" a regimine Austriae ad titulum oppidi elevatum est, qua occasione die 5 Augusti 1928 haec elevatio solemniter celebrata est. Duo libelli, "Gross-Siegharts, die jüngste Stadt Niederösterreichs" (Separatabdruck aus "Unsere Heimat", t 7/8 1928, Wien), et Adolf Brinnick, Pfarrer in Gross-Siegharts († 23. Januar 1928) [Eggenburg, 18 pag. 8^o] e calamo fr. Alphonsi *Zák* Gerasensis prodierunt. "Krems-er Zeitung" nr. 32 die 9 Augusti 1928 habet similem articulum "Ein Festtag der Eintracht im Waldviertel".

Zwettel Stadt. Am 15. August. Wurde das Titelfest der Pfarrkirche Maria Himmelfahrt mit grosser Feierlichkeit begangen. Das Hochamt zelebrierte H. Prälat Aemilian *Greisl* O. Praem., unter grosser Assistenz. Dergleichen hielt der H. Stiftsabt von Geras, *Ludolf Rudisch*, am 26. august. im nahen Zisterzienserstifte *Zwettl* (mit Geras konföderiert) ein Pontifikal-amt ab.

A. Z.

BELGIUM

Abbatia Averbodiensis.

A la réunion du Comité "Bruxella sacra", tenue au mois d'août dernier, le secrétaire, chan. Plac. Lefèvre, O. Praem., de l'abbaye d'Averbode, a donné une communication sur l'insigne relique de la vraie Croix, conservée à l'église Sainte-Gudule, d'après des documents qui se trouvent aux archives de la Collégiale, dans les papiers de l'Etat et d'Audience ainsi que dans ceux du Conseil privé espagnol aux Archives générales du Royaume. Il est à noter que la relique dont il s'agit provient de l'abbaye prémontrée de Steinfeld.

A. E.

Abbatia Bonae Spei.

La Fédération archéologique et historique de Belgique a tenu son 27^e congrès à Mons du 28 juillet au 1^{er} août. Les sections consacrées à la Préhistoire, Histoire, Archéologie et Histoire de l'Art, Musicologie et Folklore eurent des programmes très chargés; des excursions guidées permirent aux congressistes d'étudier les monuments de Mons, Soignies, Ecaussines, Bonne-Espérance et Binche. En nous plaçant au point de vue spécial de cette revue, signalons le travail du chanoine Ed. Puissant, *Bonne-Espérance* (Frameries, 16 fr. ill.). L'auteur y trace à larges traits l'histoire de l'abbaye; il décrit ensuite le monastère et son église. La restitution du plan de l'église primitive est intéressante, les figures qui accompagnent ces indications sont suggestives. La tour de l'abbatiale remonte au XIV^e-XV^e siècle, la cuisine et les cloîtres au XVI^e, le chapitre, les bâtiments au XVIII^e; l'église, on le sait, est une œuvre capitale de l'architecte Reudez (1770-1776). Regrettons que l'auteur n'ait pas attiré suffisamment l'attention sur le fait qu'on retrouve au cloître et à la salle capitulaire des témoins nombreux et décisifs du XIV^e siècle.

M. P. Faider organisa, à l'occasion du Congrès, une exposition de documents relatifs aux abbayes et monastères de la région de Mons à la Bibliothèque de la ville dont il publia le catalogue sommaire (Frameries, 1928, 23 fr.), ce sont, en grande partie, des manuscrits, incunables, livres imprimés et reliures provenant de l'abbatiale de Bonne-Espérance: 1 *codex* du X^e siècle, 9 *codices* du XII^e, 8 du XIII^e, 4 du XIV^e, 1 incunable de 1483, 4 imprimés du XVI^e siècle, des reliures du XVIII^e siècle.

J. LAVALLEYE

Abbatia Floreffiensis.

"*Tourisme*", VII, 1928, blz. 273-277, geeft een enthousiaste beschrijving van de heerlijke bouwkundige herinneringen in de abdij van Floreffe opeengestapeld, prachtig bewaard en in een ideaal midden tot haar volledige waarde gebracht.

A. E.

Fosses.

In honorem B. Hugonis Fossensis.

Solemnia festorum in honorem B. Hugonis quae, suis ad fideles litteris, Illus-

trissimus Episcopus Namurcensis nuper indixerat in vico Fossensi (1) celebranda, maximo cum splendore magnoque cum apparatu acta sunt a die Ascensionis Domini (17^a maii) ad diem dominicam proxime sequentem.

Antequam actorum relationem aggrediamus, juvat imprimis recolere — nam unicuique laus, primo prima — zelosissimam Reverendi Vicarii foranei Decanatus fossensis diligentiam qui per menses, nullo tempore remisso, felicissimum optatae solemnitatis exitum praeparavit ac cujus irrequietis curis res supra omnium votum fluxerunt; notatu deinde digna innumera signa piissimae ac devotissimae erga gloriosum concivem reverentiae quacum loci incolae solemnia celebrarunt: domus fere omnes floribus sertis nationisque vexillis eleganter ornatae, arci elati diversis in locis constituti infulisque laudatoriis decorati, frequentissimus in sacris functionibus populus etc...; memoranda tandem honora specialia B. Hugoni his diebus exhibita in omnibus dioceseos templis in quibus, sic jubente Ill^o Episcopo, cantati sunt, sub laudibus vespertinis, hymni "Iste Confessor et "Te Deum".

Die ergo Ascensionis Domini, initia habuerunt solemnitates, quibus, hac prima die, praefuit Eminentissimus Cardinalis Van Roey, archiepiscopus Mechliniensis et Primas Belgii, Praelatorum ac dignitatum civilium corona circumdatus, quos inter aderant Ill. Episc. Namurcensis, Revmus Abbas Tongerloensis, Revmus Abbas tit. Welbeckensis, Ordinis nostri, Revmus Abbas Maredsolensis O. S. B., Baro de Gaiffier d'Hestroy, provinciae Namurcensis praefectus major, Baro de Montpellier, legibus ferendis orator etc...; multus insuper tam saecularis ac regularis clerus multique laicale jurisdictionem exercentes.

In ecclesia collegiali — nam, eheu, missam sub dio impedivit imber largus — Sacrum celebravit Eminentissimus Cardinalis, sub quo ex Floreffiensi seminario centeni alumni sequentes musicae locos praeclare cecinerunt: Ecce Sacerdos magnus (Haller), Missa brevis (Palestrina), Salutis humanae Sator (Haller), Canticum in honorem novi Beati (a Seminarii lectoribus musicis familiaribus modis compositum). Finito evangelio, splendidissimam ad gregem habuit orationem Illustrissimus loci Ordinarius, in qua, vultu flecto ac voce commota, et sui Ordinis et suae dioceseos gloriosissimum laudavit filium, praeclarissima B. Hugonis gesta exaltans in promovendo praesertim cultu eucharistico. Ut mos est, filiali cum animo aures suas admovit devotissimus populus ad vocem dilectissimi Pastoris.

Hora 2^a pomeridiana, locum habuit sollemnis congregatio delegatorum ex provincia Associationis caritativae "a S^o Vincentio a Paulo" dictae, quam coadunationem secutae sunt laudes vespertinae, sacram functionem denuo peragente Eminentissimo Praesule. Cantaverunt supradicti alumni: Ego sum panis (Haller) Sicut cedrus (Van Huffel), Tantum ergo (Vanderstraeten). Dein, coram dignitatibus ecclesiasticis et civilibus, agmine abierunt socii confraternitatum in triginta duo parœcii vicariatus erectarum; ingens virorum, mulierum ac infantium agmen; dalmaticis vestiti comitabantur sacerdotes quatuor, memoriam beati Confessoris in humeris portantes.

Per totam tandem diem, coram altare novi Beati genuflexa, oravit frequens ac

(1) Vicus Fossensis, gallice Fosses, est regionis belgicae antiquum oppidulum, in diœcesi Namurcensi situm distansque circiter quatuor leucis a Namurco; insignis est locus felici B. Hugonis nativitate, piissima B. Julianae Cornelion. morte, simul ac reliquiis ibidem servatis S. Foillani, gloriosi patroni.

pia multitudo, simul mirans tabulam affabre pictam, qua B. Hugo ante oculos ponitur. Hanc picturam — recolere juvat — ecclesiae Fossensi dono dedit Revmus ac Amplmus Dnus Hugo Lamy, Abbas Tongerloensis, qui, et ipse Fossis natus, ab exordio vitae religiosae scriptis suis historicis, primus ac indefessus fuit promotor recognitionis cultus celeberrimi confratris, concivis et patroni — Tabulam pinxit vir valde peritus cujus nomen Milo Bertram, canonicus Tongerloensis, in Helvetia nunc temporis parochus.

Die 18^a solemnita celebravit Revmus Abbas Tongerloensis, sub quibus praeclaram ad juventutem coadunatam habuit allocutionem Revmus Dnus Louis Picard, praelatus domesticus S. Sanctitatis et primus eleemosynarius Associationis Juventutis belgicae. Sacro aderat Revmus Dnus de Trannoy, eleemosynarius in aula regia belgica. — Musicaelocos pulcherrime exsecuti sunt alumni ex Seminario diocesano Bastoniensi (115 canentes): Sub missa: *Cantate Domino* (Vincent d'Indy), Missa "cum jubilo", *Laudate Dominum* (A. Alain), Psalmus CL "Louez le Dieu caché" (César Frank); sub laudibus vespertinis: *Ave verum* (Tinel), *O gloriosa Virginum*, *O filii et filiae* (Thiry), *Tantum ergo*, (Samson) Canticum in honorem B. Hugonis (ab hujus Seminarii lectoribus, musicae studiosis elaboratum).

Die 19^a Sacrum cantavit Revmus Dnus Abbas de Busco-Domini Isaac cum assistentia in pontificalibus Illustrissimi Abbatis Generalis. Orationem ad juventutem collegii episcopalis de Bellevue ac scholae abbatialis Maredsolensis, O. S. B., habuit R. D. Alexander Lemerclinier, canonicus Tongerloensis. Sub missa sequentes cantarunt modulos alumni ex collegio de Bellevue (105 canentes): *Cantate Domino* (Vivet), Missa "*Salve Regina*" (Stehl), *Laus Deo* (Prætorius), *Christus vincit*. Sub laudibus vespertinis, sacram functionem peragente Illustrissimo Abbate Generali, cecinerunt quosdam locos (in cantu gregoriano) alumni ex schola Maredsolensi: Psalmus 94 (in modo 70 solemn cum antiphona "*Afferte Domino*"), "*Iste Confessor*" (in modo 40, ex antiphonario monastico), *Ero virum* (rythmus in honorem B. M. V. ex S. XI), *Tantum ergo* (tonus mozarabicus), *Benedictus Deus*, Psalmus 22 "*Le Seigneur Jésus lui-même* (Goudinel, (1505-1572).

Res perdifficilis exprimere verbis quam mire quantoque cum sensu musicali, hac et praecedentibus diebus cecinere juvenes ex diversis Institutis.

Die tandem ultima, Dominica 20^a Maii, praesente frequentissima ac devotissima multitudine, Missam de Beato Hugone, sub dio celebrans, solemniter cantavit Illustrissimus Episcopus Namurcensis. Cui perpulchrae caeremoniae (in qua Pontifici sacrificanti interfuerunt canonici Ordinis nostri) aderant in pontificalibus Illustrissimus Abbas Generalis simul ac Revmi Praelati ex abbatibus Tongerloensi, Parcensi, Grimbergensi, Busco-Domini Isaac et Postellensi, Revmi Abbates Benedictorum Maredsolensis et Lovaniensis, Revmus Abbas Trappistarum ex Rupiforti, dein in habitu choralis, RR. DD. Vicarii generales diocesanos multique canonici tam titulares ac honorarii: frequens tandem clerus, superpelliceo indutus.

Sub missa modulos quosdam exsecuti sunt clerici ex Seminario majore: Ecce Sacerdos magnus, Missa brevis (Horn), Canticum in honorem novi Beati. — Post Evangelium Revmus Abbas Tongerloensis, compluribus sanctae laetitiae motivis eloquenter indicatis, enixe hortatus est adstantes omnes ad magis magisque vestigiis instandum gloriosissimi concivis.

Expletis dein apparatis epulis, quibus durantibus, ecclesiasticis dignitatibus

propinavit Rev. D. Decanus (cui sua vice exhibuit Illustrissimus Episcopus sensum omnium gratitudinis) cantatae sunt solemnes vespertinae laudes: *Ave verum* (Viadana), *Assumpta est Maria* (Aichinger) *Tantum ergo* (Palestrina), *Confirma hoc* (Gallus).

Restabat tandem exsequenda ultima indicis pars, sollemnis nempe pompa in honorem B. Hugonis: quae pompa, hora tertia pomeridiana locum habuit cum immenso fidelium concursu, pie venerantium insignem B. Hugonis reliquiam quam ferebant quidam sacerdotes.

Haec olim meminisse juvabit.

* * *

Abbatia Grimbergensis.

Jubilaeum anni 800 a fundatione abbatiae. — Initio anni 1928, Reverendissimus Dominus abbas Hoppenbrouwers jubilaum anni 800^{mi} ab abbatia condita, 8 Julii, die dominica, in anniversario Dedicationis ecclesiae (1725), et in festo S. P. N. Norberti et per octavam celebrandum promulgavit. Proinde plurima concilia, tam in conventu quam extra convocata sunt.

Omnibus laboriose praeparatis, illuxit tandem dies Jubilaei. In ecclesia, magnifice deornata, cantavit Summam Missam, hora 10, Excellentissimus Dominus Micara, Nuntius Apostolicus. Aderant, invitati a Reverendissimo D. Abbate, omnes superiores cum socio ex singulis Ordinibus Bruxellis praesertim degentibus: necnon aliquot sacerdotes saeculares et copiosa christianorum multitudo. Sicut et per totam octavam R. P. Van Sull, S. J., concionem habuit. Post prandium et gratulatorias allocutiones, decantatae fuere Vesperae, officiante Excell. D. Nuntio. Post quas, hora 3 cum dimidia, exivit sollemnis processio, cui societates et "gildae" pagi participaverunt necnon major pars juventutis Grimbergensis quae indumentis quam splendidissimis vitam D. N. J. C. et B. M. V. repraesentabat. Circa horam 7 decantatus est concertus musicus "Cantate", in honorem S. P. Norberti a 350 personis. R. D. J. Michels, religiosus Grimbergensis, poema Flandricum composuerat, cui excultam musicam adscripsit D. Arthur Verhoeven. Cantus maxime placuit 20.000 auditoribus abunde applaudentibus et congratulantibus cantoribus et magistro D. Em. De Smet.

In turri posuit tintinnabulum D. Donnes e Mechlinia (novum tintinnabulum in turri ponendum nondum perfectum erat, fusore D. Michiels e Tornaco variis difficultatibus impedito).

Hora 8., D. Jos. Denijn concertum habuit, cum quo huic primae diei jubilaei finem imposuit.

Eadem die inauguratae sunt duae expositiones, quarum una in domo communitatis civilis, dedicata picturis praesertim pagi Grimbergensis, altera in aula "Gildarum" in mentem revocabat historiam, mores et vitam antiquorum religiosorum et incolarum. Praesidebat autem R. D. J. Van de Kamp, O. Praem.

Quotidie per octavam Summa Missa in gratiarum actione hora 10 celebrabatur.

Die 9 Julii (feria II) hora 3 convenere mulieres e vicinis paroeciis, quae Laudibus S. Sacramenti et praedicationi adfuerunt. Die 11 Julii (feria III) erat dies cruciatus Eucharistici. Aderant tria millia puerorum qui, post concionem habitam a R. P. Rouppe Van de Voort, O. Praem., processionaliter ierunt ad scholam sororum ubi exstructum erat altare sub dio, optime deornatum: Pulcherrimus erat aspectus: tot pueri et puellae decantantes cantica sacra, moventes flores et

lilia. Data benedictione, reductum est Sacratissimum Sacramentum in ecclesia. Finitis canticis, R. D. Parochus gratias egit omnibus adstantibus.

Die Dominica 15 Julii, advenit Eminentissimus Dominus Cardinalis Van Roey, Archiepiscopus Mechliniensis. Exceptus est a Rev. D. Abbate et tota communitate tam religiosa quam laica, et deductus est ad ecclesiam, ubi assistebat pontificaliter Summae Missae, cantatae a Reverendissimo Domino Ferigolense. Aderant omnes fere abbates Ordinis Praemonstratensis Circariae Brabantinae, necnon abbates Benedictini, etc.

Idem fuit ordo quam Dominica praecedenti. In processione tamen Eminentissimus, propter nimiam defatigationem, officio fungere nequit. In hac processione aderant viri confraternitatum Smi. Cordis cum vexillis et decantantibus canticis.

Reiteratur "Cantate" et concertus tintinnabuli. Et celebrationi finis imponitur.

Dominica tamen 22 Julii, congressum suum celebravit "Circulus Historico-archeologicus Brabantiae Occidentalis", praeside D. Dre J. Lindemans et thesaurario et consiliario R. adm. D. Dre Henrico De Vis.

Post receptionem a Burgimagistro et Scabinis, et post "folkloristicum prandium" habita est, circa horam 4, sessio in aula abbatiali. D. Praeses primo gratias agit Rmo Domino Abbati pro benigna receptione et praesentat oratores. Primi loco R. D. Delestré, O. Praem., anecdotibus quibusdam excerptis e scriptis Norberti Heylen, pastoris Grimbergensis (1795-1818) auditorum hilaritatem provocat; dein D. Mauritius Sacré ex Merchtem, tradit historiam "lini" cum suis operationibus et inquit locutiones quibus lingua flandrica in hac re utitur. Postremo festivam orationem habuit R. D. Dr. A. Erens, O. Praem., archivista abbatiae Tongerloensis, de abbatibus Praemonstratensibus et de earum influxu in re religiosa, oeconomica et politica nostris in regionibus.

Gratiis actis a R. Praeside Lindemans oratoribus et auditoribus, tendunt omnes visitare loca "amaena" et antiqua aedificia, molendina, etc. territorii Grimbergensis, quorum nonnulla antiquitus abbatia possidebat vel erexerat. Declinante jam die, lusus tintinnabuli iterum valedicit jubileo.

Cum dignissimo abbate Van Eeckhout (1716-1747) in suo Diurnali (arch. abb. Grimb. 11-19; p. 245) possumus repetere: "Nullum, Laus Deo, accidit infortunium. Donet Deus ut sub ejus protectione et benedictione domus haec plura videat saecula, plura celebret juba perstetque in diem usque Domini ad Nominis ejus gloriam sempiternam. Amen".

Ocasione hujus jubilaei plura edita fuere scripta historica et narrationes festivitatem in ephemeridibus: "De Standaard" 16 Aprilis: Compendium historiae abbatiae, quod omnia fere diaria flandrica transsumpserunt.

Libellos "affiche" delineavit R. D. Van de Kamp, O. Praem., qui fuit praeses expositionis picturarum.

R. D. Michels, O. Praem., composuit "S. Norbertus Cantate", quam musicaliter interpretavit D. Verhoeven.

Cantus congratulatorius "Welkomstlied" in honorem Em. Kard. Van Roey ab eodem D. Michels, O. Praem., compositus, cui adnexit musicam R. D. De Ridder.

R. D. Delestré, O. Praem., dedit flandrice et pro parte gallice compendiosam descriptionem abbatiae et pagi Grimbergensis.

Delestré, *Grimbergen: Beknopte Geschiedenis der Norbertijner abdij* "ela-
Anal. Praem.

borata historia abbatiae, in periodico". Eigen Schoon en De Brabander", 1928, mensis Julii.

Idem, In "Ons Volk Ontwaakt", die 15 Julii, dedit descriptionem ecclesiae cum suis ornamentis.

Idem, eadem die: dedit aliquas notulas in "Hooger Leven" (Averbode).

"Le Patriote Illustré" eadem die dedit optimas photographias ecclesiae et ejus decorationis occasione jubilaei: textus tamen minus accuratus est.

Plura alia inveniri possunt in ephemeridibus et periodicis foliis.

Mgr. Schyrgens in "Revue Générale".

D. J. D.

Abbatia Parcensis.

Het Derde Geschiedkundig en Folkloristisch Congres der Kempen, te Gheel belegd van 1 tot 4 September l.l., en waarbij eene zeer interessante tentoonstelling hoorde, in het College van Gheel ingericht, hield zijn zittingen onder het voorzitterschap van E. H. J. E. Jansen, O. Praem., der abdij van *Park*, pastoor van Lovenjoul. Met een zeer te prijzen toewijding heeft hij de inrichting van Congres en Tentoonstelling geleid en was de ziel van heel de werking.

A. E.

De Eerw. J. E. Jansen, O. Praem., heeft, ten gebruike van de briefwisselende leden van het *Provinciaal Comité voor geschiedkundige en folkloristische Opzoekingen* te Antwerpen, toelichtingen en wenken in het licht gegeven die elkeen nuttig kunnen zijn (Antwerpen, De Vos-Van Kleef, 1927. In-8, 40 blz.). 's Schrijvers bedoeling is de lezers aan te duiden wat folklore is, welk doel ze beoogt en of ze nuttig is, wat kan vermeld worden en hoe te werk gegaan om het verleden van het volk op bondige wijze voor te stellen. Daarom heeft hij het noodig geacht, en is hij er in gelukt, na eene algemeene bibliographie, een degelijk programma vast te stellen van studien over feiten waarin het volksleven zich uit, zooals familieleven, werk en bedrijf, vermakelijkheden, maatschappelijk en politiek leven, geestesleven, kunst en wetenschap. Merkwaardig is elke indeeling toegelicht door eene uitgebreide en degelijke boekenlijst.

J. A. V.

Abbatia Postellensis.

Ter abdij Postel werd gedurende de maand Augustus en September eene tentoonstelling gehouden van de kostbare verzameling koperen gravuurplaten der abdij, evenals van de afdrukken daarvan, op kunstige wijze uitgevoerd. "De Standaard" van 19 aug. l.l. wijdde een breedvoerig artikel aan de uitstalling dezer kunstschaten.

A. E.

Abbatia Tongerloensis.

In de vergadering der Zuid-Nederlandsche Maatschappij voor Taal- en Letterkunde en Geschiedenis gaf A. Erens, O. Praem., archivaris der abdij *Ton-*

gerloo, eene mededeeling over "het kader eener geschiedenis over het economisch bestuur eener abdij bij het begin der Moderne tijden".

Op het Derde Kempisch Congres, op 5 Sept. te Gheel, hield dezelfde eene uiteenzetting over ongeveer hetzelfde onderwerp.

Voor den landdag van den Geschiedkundigen en Folkloristischen kring van West-Brabant, te Grimbergen gehouden bij gelegenheid van de eeuwfeesten der abdij, werd door Amb. Erens, der abdij Tongerlo, in de feestrede gehandeld over "*De rol der Premonstratenzers in het verleden van het oude Brabant*".

O'FL.

E. H. Isfried Engels [Marianus] zond een devoot boekje over Maria-Vereering: *Met het Beeld der Lieve Vrouw* (Drukkerij Tongerlo, 1928), de wereld in, en bezorgde een tweede uitgave van zijn: *Voor het beeld der Lieve Vrouw*.

A. E.

CECOSLAVACIA

Abbatia Teplensis.

R. P. Dr. Basilius Grassl, professor Pilsenensis, publicat 62 Julii 1928 in "Kremser Zeitung" (Krems in Austria inf., nr. 30 sq.) seriem articulorum "Interessantes Lebensbild eines Niederösterreichers am Melk an der Donau" de a. 1809 tempore belli. Manuscriptum (4 tomi), cujus auctor erat quidem Josephus Stockinger, natus Mellicensis, conservatur in "Gerlach"-musaeo oppidi Pilsenensis. — Jussu Rmi. D. Abbatis ac Vicarii generalis Dni Gilberti Helmer editae sunt 1928 in Marienbad "Konstitutionen für die Frauen-Kongregation des III. Ordens der Praemonstratenserinnen" (80 pp. 8°), exaratae a M. Michaela Andrasikiewicz Zwierzyniecensi († 1926), inspectae et correctae a P. Johanne Roth S. J., professore juris canonici Cracoviae 1921, in linguam germanicam versae a M. Michaela 1924 et ab Ampl. Domino Praemonstratensi approbatae 13 Martii 1927. Prima vice hic constitutiones sororum 3 ordinis nostri usque ad amussim pertractantur, "finibus S. Norberti consentaneae atque aptae ut fideles suas sectatrices ad culmen religiosae perfectionis et sanctitatis perducant" (votum Ampl. D. Generalis).

A. Z.

Im Heft 5/6 (1928) der Monatsschrift "*Unser Egerland*" ein Aufsatz von Dr. Langhammer: *Der erste Abt des Stiftes Tepl.*

Albert STARA, O. Praem.

GALLIA

Blanchelande.

Notice sur le Révérend Père Dom Pierre-Adrien Toulorge (4 mai 1757. — 13 octobre 1793).

Né à Muneville-le-Bingard le 4 mai 1757, de Julien Toulorge laboureur, et de Julienne Hamel de Linverville, il fut baptisé le jour même. Sa mère mourut quatre jours après sa naissance, le 8 mai, et fut inhumée dans la nef de Muneville.

De 1778 à 1781 il signe à Linverville l'acte de mariage de Noël-Nicolas Hamel, avec la qualité d'acolyte. Le 13 mars 1782, il perdit son père ; il dut être ordonné prêtre ensuite. De la fin de 1782 à la fin de 1786, il fut vicaire à Doville. Ensuite il se présenta à l'abbaye de Blanchelande, ordre de Prémontré, fut envoyé au noviciat de l'abbaye de Beauport (Côtes du Nord) et revint à Blanchelande en juin 1788. Il y demeura jusqu'à la fermeture de l'Abbaye à la fin de 1790. Il reçut alors l'hospitalité du seigneur de Neufmesnil, Le Sens, dans son château jusqu'en août 1792. Le 12 septembre de la même année, il s'embarqua à Saint-Germain-sur-Ay pour l'île de Jersey, dans l'opinion (erronée) qu'il se trouvait compris dans la loi de déportation du clergé. Il revint en France vers la fin d'octobre 1792, après cinq semaines d'absence. Il erra d'abord sur le littoral (Gouey, Portbail, et Saint Martin-du-Mesnil) ; ensuite on perd sa trace de la fin de novembre à la fin d'août 1793, et l'on n'a sur les régions où il circula à cette époque que des renseignements peu concordants et peu sûrs.

Les derniers jours d'août 1793 et jusqu'au matin du 3 septembre, il se trouve dans la paroisse de Saint Nicolas-de-Pierrepont. Le 3 septembre il est arrêté dans une maison de Neufmesnil, et conduit à Carentan, puis à Coutances. Interrogé par les administrations locales et départementales, il fut, le 1 octobre déclaré émigré par le Conseil général de la Manche. Le 12 octobre, un jugement du Tribunal criminel de la Manche (siégeant à Coutances) lui appliqua les dispositions pénales de la législation en vigueur en matière d'émigration. Le 13 oct. 1793 il fut guillotiné, puis inhumé au cimetière Saint Pierre de Coutances où une plaque de marbre rappelle son martyre. On sait qu'un vitrail dans son église natale est consacré à sa mémoire.

Le souvenir de l'Abbé Toulorge s'est conservé d'abord par la tradition orale. La première mention imprimée connue est de 1829. A partir de 1864, on s'est tourné vers l'étude des documents officiels relatifs à cette affaire.

Depuis 1920 l'étude de la vie du R. P. Toulorge s'est orientée directement vers la préparation du procès de béatification.

Poursuivie par plusieurs ecclésiastiques, cette préparation se trouve virtuellement terminée par la découverte du dossier du procès de 1793 (procès verbaux de l'arrestation et des divers interrogatoires).

La cause de l'abbé Toulorge fait partie de la cause des martyrs de Normandie, immolés dans la province pendant la Révolution.

Cette cause a été lancée en 1922 par Mgr. l'Archevêque de Rouen, Primat de Normandie.

En 1926, M. le Chanoine Joseph Grente a été nommé vice-postulateur. Son travail relativement à l'Abbé Toulorge est terminé. La réunion du Tribunal Provincial qui jugera en première instance le Procès de Béatification ne dépend plus que de Mgr. l'Archevêque. On espère qu'il aura lieu durant la prochaine année 1927-1928.

Un de nos compatriotes, Dom Pierre Marie, de l'Abbaye de Solesmes et neveu de M. le Chanoine Laisney, curé de Saint-Clément de Cherbourg, s'occupe de l'Abbé Toulorge depuis plusieurs années. Après avoir fouillé les archives des paroisses des mairies et des tribunaux, il est arrivé à reconstituer sa vie. Il en a rédigé une biographie qui, un jour ou l'autre, sera imprimée.

Nous donnons ici les grandes lignes.

GERMANIA

Brandenburg.

R. D. Dri. Alberto Schönfelder, olim parochus in Rentschen, nunc archipresbytero in Mühlbock-Neumark in provincia Brandenburgensi, magnas agimus gratias, quod vitam et opera *Stephani Bodeker*, episcopi Brandenburgensis (1421-1459) O. Praem. perscrutatus est. In "Historisches Jahrbuch" der Görres-Gesellschaft (München, 1902, t. XXIII, p. 559-577) demonstrat Dr. Schönfelder, Stephanum, unicum inter episcopos Brandenburgenses, qui scripta theologica reliquit, auctorem fuisse octo operum, quae usque adhuc nota sunt, et quidem: Breviarius, sequentia "Quam dilecta", Pater noster, Ave, Credo, Decalogus, horae canonicae, contra Judaeos. Porro comperimus, jam a. 1866 R. Heydler collegisse "Materialien zur Geschichte des Bischofs Stephan" e diversis manuscriptis (liber annualis academiae equestris Brandenburg. 1866) et Valentinum Rose descripsisse in XIII. Tomo Catalogi Latinorum manuscriptorum, pag. 457-479 (Dortin, 1902) illa opera, quae in bibliotheca Berolinensi, tunc regia, reperiuntur. — Eodem anno 1902, sed jam pridem edidit Dr. Schönfelder in collectione "Sammlung Mittelalterlicher Abhandlungen über das Breviergebet" t. II (Breslau, Aderholz, 1902) "Tractatum Brandenburgensem", i. e. *de horis canonicis*, qui inter multos tales medii aevi tractatus valde eminet, et a praedicto episcopo Stephano post a. 1449 conscriptus est. Unicum exemplar, quod notum est, est manuscriptum Göttingense (Cod. Luneburg. Oct. 87, ff. 8-137). Valde dolendum est, quod hic tractatus (VII et 89, pp. 8°) jam divenditus sit, ita quidem, ut auctor ipse ultimum saltem exemplar ad me mittere potuerit.

A. Z.

* * *

Oberzell.

In "Sonntagsblatt" p. 283-285 (Würzburg, 3. junii 1928) describit R. D. Thomas Gerber, spiritualis sororum Cellensium, in pulchro articulo "Acht-hundert-jähriges Jubiläum des Klosters Oberzell" breviter historiam monasterii Cellae Domini Superioris ab a. 1126 usque ad praesens tempus. Qui sollers peritusque articulus valde idoneum est domum ad solemne jubilaum reverendae domus Cellensis, cui ex parte Ordinis nostri solus R. D. Prior Windbergensis affuit.

A. Z.

* * *

Steinfeld.

Abbey's stained glass sold for l. 27.000.

16 Th-Century collection once in Premonstratensian house.

A magnificent set of sixteenth-century stained glass windows originating from the Premonstratensian Abbey of Steinfeld, Germany, realised L. 27.000 in five minutes when offered for sale last week by Messrs. Sotheby, of New Bond-street, London.

The glass, which has been kept since the seventeenth century in a private chapel at Ashridge Park, Berkhamsted, Herts, includes eleven windows, composed of no fewer than fifty-three sections of 119 panels or lights.

Many scenes in the life of Our Lord are depicted, and there are a number of

Old Testament episodes. St. Peter is shown in a number of different scenes, and St. Gregory is shown enthroned in Papal majesty.

There are several examples of Bishops and Premonstratensian abbots and monks, including St. Norbert. There are rare scenes depicting St. Luke and St. John, while the oldest dated window (1506) shows the vision of St. John.

The purchaser, Mr. Fred Fox, refused to say anything as to the fate of the glass, except to state that it had been saved for England. The underbidder, Mr. Dawbarns, was also acting on behalf of a well-known English collector (*The Univers*, 20 Juli 1928).

Das Schicksal der Steinfelder Kirchenfenster. Pro Schleiden (Eifel), 6. Sept. Vor kurzem konnten wir berichten, dass bei einer Kunstversteigerung in London kostbare Kirchenfenster aus dem Kreuzgang der Abtei Steinfeld für 540.000 Mark angekauft wurden und dass der Käufer die Absicht habe, diese wundervollen Fenster dem Viktoria- und Albertmuseum zu schenken. Diese Schenkung ist inzwischen erfolgt. Die Zeitung "Cicerone" fugt dazu u. a.: "Die berühmten Glasmalereien der Kapelle in Ashridge-Park, die aus der Abtei Steinfeld in der Eifel stammen und um 1815 nach England kamen, sind, nachdem sie bei Sotheby um 540.000 Mark zum Verkauf gelangten, dem Viktoria- und Albertmuseum in London geschenkt worden, das heute die umfassendste Sammlung dieser Art besitzt". Weitere, ebenfalls aus der ausgehenden Gotik und beginnenden Renaissance angehörenden Glasmalereien, die aus der Abtei Sayen a. Rh., einer Gründung der Abtei Steinfeld, kamen, befinden sich nach derselben Zeitschrift noch in England; sie sind zusammen mit anderen ausländischen Gemälden dieser Art in die Fenster der Lord Majors Chapel in Bristol eingelassen.

7. Sept. 1928.

Aachener Rundschau.

In den Catalogus van de Incunabelen van de Openbare Stadsbibliotheek van Maastricht Druk Leiter-Nijpels. Maastricht, uitgegeven door den Archivaris Bibliothecaris J. L. Blonden komen voor de volgende nummers:

62. Pisis (Raynerus de) Pantheologia seu Summa univ. theologiae 3bdn. Anno 1473 sexto idus aprilis per Joh. Sensenschmid de Egra et Henricum Kefer de Maguntia, Nurmberge urbis cives. Zie Hain 13015 en Brunet IV, 676, Gr. fo. — 167 B 7.

Met gouden kleuren bewerkt. De inhoud staat in rood boven de bladen geschreven. Uit Bd 1 zijn eenige ornamenten uitgesneden. De onbedrukte bladen 31 en 32 zijn verloren, alsmede het laatste blad van bd. 2, waarop een gedeelte van de O-tabula gedrukt is. Voorin: Liber eccl. Sancte Dei Gen. Mariae sanctique Potentini in *Steynvelt*.

69. Terentius (P.) Comediae (In monasterio Sortensi c. 1478). Zie Brunet V, 704, XV. Het blad is 19 reg. lang. Fo. — Bijgebonden: 180 E 3.

De initialen zijn niet aangevuld. Voorin: Liber eccl. Sancte Marie sanctique Potentini in *Steynvelt*.

Daar bekend is, dat daar in de 15e eeuw opvoeringen plaats hadden, kunnen we 't monasterium Sortense wel gelijkstellen met *Schussenried* (Sorethum).

A. V. L.

* * *

Xanten.

Civitas Xantensis apud Rhenum celebravit 29. julii 1928 jubilaum 700 annorum, quod totum hocce gratum oppidum valde honorat et pars historiae ejus

erit. Occasione ejusdem festivitatis etiam celebris capella S. Michaelis (prope ecclesiam S. Victoris, erecta anno 1472-1478) restaurata est et pulchra expositio artificio-historica diebus 29. julii usque ad 5. augusti multos attraxit hospites etiam peregrinos. Maximus splendor totius jubilaei fuit jam 29. julii pompa historica cum 14 turmis, quarum 13. pedestris in fronte S. P. Norbertum poenitentem ac nudis pedibus incedentem, cum aliis 29 personis (Albertus Magnus), sancti patroni collegii sutorum, fabrorum, agricolarum, nautarum, textorum, S. Barbara, Apollonia, Catharina, etc.), e confraternitate S. Victoris selectis, ostendit. Ego ipse qui jam 11. julii Xantenam accessi, vidi, quanti oppidani hujus oppidi S. Norbertum patronem et concivem suum diligant (Cfr. "Gross-Duisburger Anzeiger" nr. 319, 11. julii 1928).

A. Z.

HOLLANDIA

Berne.

Kapelaan P. Breugelmanns, O. Praem., van onze Abdij heeft uitgegeven: *De Drie Dobbelsteen van Heeswijk*. Daarin behandelt hij het dikwijls onjuist verhaalde geval van een vader, die met assistentie van zijn twee zonen als diaken en subdiaken de H. Mis opdroeg. Hij heeft zoo getrouw mogelijk alle biographische gegevens verzameld omtrent deze drie priesters, wier portretten prijken in de pastorie van Heeswijk.

A. v. L.

* * *

Dokkum.

Het Sint Bonifaciusboek. Uitgave van de St. Bonifaciusbroederschap te Dokkum. N. V. Dekker en van de Vegt en J. W. van Leeuwen. Nijmegen-Utrecht 1927 bevat blz. 63-90 een bijdrage van A. Hallema, *St. Bonifacius en het Bonifaciusklooster te Dokkum*.

A. v. L.

Episcopia in Cypro.

New Religious stamps issued in Cyprus. — Designs of special interest to Catholic collectors are to be found among the set of stamps just issued in Cyprus to commemorate the second British Rule (1878-1928).

These designs are appropriate in a country that had the first Christian Governor — Sergios Paulus, who was converted by SS. Paul and Barnabas — and was the first English colony taken and occupied by Richard I.

The 1 1/2 piastres has a map of Cyprus during the Crusades. The 2 1/2 piastres depicts the discovery of the body of St. Barnabas (patron saint of Cyprus) in the fifth century, the design being taken from a fresco in Nicosia Cathedral. The 4 piastres shows cloisters of the Premonstratensian Abbey of Mellapaise, North Cyprus. The 6 piastres portrays the two golden lions of Richard I., used as his banner during the Conquest of Cyprus and the Crusades, and the 18 piastres portrays the equestrian statue of the king outside the House of Lords. The 45 piastres shows the thirteenth-century facade of the Cathedral of St. Nicholas, which was turned into a mosque during the Turkish occupation.

STUDIA UNIVERSALIA

Ad gradus academicos hoc anno promoti sunt :

In Instituto Pontificio Biblico :

R. D. J. B. Valvekens, Averbodiensis, ad gradum Baccalaurei in Sacra Scriptura.

In Universitate Pontificia Gregoriana :

R. D. Paulus Van den Keybus, Grimbergensis, ad gradum Prolytae in Theologia.

Fr. Siardus Wilmer, Wiltinensis, ad gradum Doctoris in Philosophia.

Fr. Dominicus Hockers, ex abbazia West-Depere, ad gradum Prolytae in Theologia.

Fr. Dyonisius Burke, ex abbazia West-Depere, ad gradum Prolytae in Theologia.

In Collegio Pontificio Angelico :

R. D. Carolus Salen, Tongerloensis, ad gradum Baccalaurei in Jure Canonico.

In Schola Vaticana :

R. D. Maurus Coomans, Tongerloensis, ad lauream in palaeographicis disciplinis.